



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 9. Videri Plautum dixisse rem volutatu[m] eodem planè modo, quo  
Græci dicerent το χρημα των ηδονων.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

num puto, quin praefet ita legi: ἐστὶ δὲ οὐδεμίῳ τοι, καὶ τὰ  
ἴδια, τὸν τεοὶ λόγοι, καὶ τοῖς αὖταις γίνονται μεν γένη τοῦ συγγρά-  
φου, τοῖς δὲ τοῖς τὰ περιελήματα δέστη. λόγων autem nomine  
& syllogismos intelligit, & inductiones. eodem propè  
modo memini, correctum esse à me iampridem lo-  
cum quandam è quinto νικομάχῳ: qui vulgo ita le-  
gitur: ὁ δὲ αὐτὸς οὐδὲ τὸ πλέον αἰρεῖται, αλλὰ καὶ τὸ ἔλεπτον  
τοῦ πλάντου τηλεοράσιαν. εἰλέτος δὲ τοῦ μετονομάνθεον πασῶν  
τοῦ, τοῦ δὲ ἀγαθοῦ διενήλθεται, διὰ τοῦτο δενεῖ πλεονέκτης εἴη.  
τοῦτο δὲ: τοῦτο γένεται πελέχει, καὶ κοινὸν. καὶ παρέγνομεν. τοῦτο  
δὲ διεγράφει, προτινάδιστον, πελέχει πάντας αἰδηνίας, καὶ  
πάντας πάντας αἰδηνίας. ego autem legendum censeo: ἐστὶ<sup>τοῦτο</sup>, καὶ παρέγνομεν. τοῦτο γένεται πελέχει καὶ κοινὸν εἴη. cete-  
ra verba, nisi admista, delenda esse. In quo quid libra-  
rios deceperit, non est difficile coniicere hominibus in  
hoc genere exercitatis. Hanc correctionem à me acce-  
ptam, Dionysius Lambinus, vir acutissimo ingenio,  
acerrimoque iudicio prædictus, rettulit in Scholia in  
eos libros sua. nisi quod, cum meam sententiam expo-  
neret, verba illa, πάντας αἰδηνίας, & πάντας αἰδηνίας, reliquit.  
que mihi vel maxima cauſa fuit hoc quoque loco te-  
stificandi, quid sentirem. non tantum enim existimo,  
glossematis illa fluxisse, verum etiam è falsis & in-  
epuis glossematis. nam verba illa, πελέχει, καὶ κοινὸν εἴη, si  
quis attente considereret, non ἡδονάς πάντας αἰδηνίας, sed ἡδο-  
νάς τοι, καὶ ἡδονάς τοῦ ἔλεπτον referenda sunt.

Videri Plautum dixisse rem voluptatum eodem plane  
modo, quo Graci dicerent τὸ χεῖμα τῆς ἡδονῆς.

#### CAPUT IX.

**R**E M voluptatum, pro ipsis voluptatibus dixisse vi-  
detur Plautus in Amphitruone: ubi Alcumenam  
ita loquentem facit:

X

Satyr

Muret  
via Lectione  
LIII

Satin' parua est res voluptatum in vita atq; etate agudi  
Præ quod molestum est? cuique hominum in etate  
comparatum est,

Ita his est placitū, volupeati ut moror comes consequens  
quod si est, haud facile dixerim, vbi præterea in con-  
lingua Latina hoc loquendi genus reperiatur. sed vi-  
deri potest sumptum à Græcis. illi enim planè ita de-  
cerent, τὸ χεῖμα τὴν θάρσον. Ita locutus est Euripides  
Phœnissis:

φιλότον γέρον τὸ χεῖμα θηλεῖων ἔσθι.

qui tamen versus ab imperitis deprauatus, ita vul-  
legitur, φιλότον γέρον τὸ χεῖμα θηλεῖων γέρον.  
sed vocem γέρον delendam esse, & lex carminis indi-  
cio est; & è scholiaste facile colligitur. Ita etiam Xe-  
nophon libro secundo παιδίας: Τὸν Αρχέτον τὸ Μέγα  
ἴππεις τε εἰς τὸν εἶναι, καὶ οὐρατα τε εἰς ἄνγον, καὶ σφραδί-  
πάντοτε τὸ χεῖμα. & Herodotus libro tertio: πάντα  
χεῖμα τὸ δούλων εὐλέπεται. & Aristophanes Pluto,

Πολὺ χεῖμα τε μαχῶν, καὶ ηρεῶν ὀπῆμένων.  
& principio νεφελῶν,

Ωζεδ βασιλεύ, τὸ χεῖμα τὸ νυκτῶν, πέπον  
Ατέργατον. ἐποδ' ἡμέρα ψήσος;

quos versus ita olim pueri interpretati sumus, cùm  
cam fabulam, exercitationis caussa, in Latinum  
monem conuerteremus:

Rex Iupiter, quam immensa res est noctium.

Nunquam ne pulsa nocte nasceretur dies?

De quodam Plautino ioco, itemq; de loco quodam  
è Catone maiore Ciceronis disputatum.

C A P V T X.

**I**ocatvs est, vt siolet, Plautus, cùm in Pseudodo-